



L. D. B. V.
POSITIONUM MORALIUM
Octonarius
PRÆSIDE
CHRISTIANO
Röhrenseen/

Phil. Pra&t. P. P. & Ele&t. Alumn.
Ephoro,

RESPONDENTE
M. JOHANNE Kettembeil/
Palæo-Gotterâ Thuringo,

ad disputandum propositus
ad d. 3. Julii, A. c. l. 1. ec XXCIX.
In Auditorio Majori.

VITEMBERGÆ,
Typis CHRISTIANI SCHRODTERI, Acad. Typ.



ЕЩЕДЯ
ОНАИСТЯНО



Vi voluntatis humanæ libertatem tollunt, omnem simul humanarum actionum moralitatem evrent.

II.

Etsi, ut voluntas liberè agat, intellectus præreqvirat operationem, propterea tamen intellectus non est radix libertatis, tūm qvoad actum primuni, tūm qvoad actum secundum spectatæ, si præsertim per radicem, ut vis vocabuli svadet, causla intelligatur.

3. Li-

III.

Libertas formaliter infert indifferen-
tiam ad utrumq; oppositorum, qvâ vo-
luntas potens est, positis omnibus ad
agendum requisitis agere & non agere,
hoc vel illud, hoc vel isto modo.

IV.

Cæterùm voluntas, qvando ad acti-
onem ventum est, in illà indifferentiâ
non perstat, sed semetipsam ad agen-
dum determinat, & à se ipsâ vult id,
qvod vult agere, qvodq; agit, vel omittit.

V.

Unde conseqvens est repugnare li-
bertati omnem necessitatem physi-
cam, externamq; ac violentam coaëti-
onem, omnem item determinationem
ad agendum, s. ea fiat, à caußâ primâ,
s. à judicio ultimo intellectûs practici.

6. Li-

VI.

Libertati voluntatis humanæ nihil
præjudicat præscientia divina: qvæ licet
infallibilis sit, rerum tamen prævisarum
caussa non est, nec actuum contingen-
tium & liberorum naturam immutat.

VII.

Voluntas non modò ante actionem,
sed eo etiam instanti, cum agit, libera-
est.

VIII.

Libertas alia contradictionis est, alia
contrarietatis , qvarum posterior in-
cludit priorem, sed non vice
versâ.



